



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Visio imaginaria proponitur, & explicatur Sectio Prima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

Rom 3.3.

Dauid in
Deo maxi-
ma fiducia.

cum eum Saul persequeretur, significatque se destitutum penitus ab hominibus, à quibus auxilium sperabat, ideoque omnes homines appellat mendaces, & fallaces in quibus non sit confidendum. Sed aliam quoque expositionem confiteri cogimur propter Paulum, qui ad Rom. 3. mendacem eo locum sumit prout opponitur veraci, cum ait. *Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Absit. Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax.* Quare iuxta hanc Pauli interpretationem ita loquitur Dauid. Multi in mea fuga actum de me existimarunt, putantes me nullo pacto regnaturum: at ego in causa fuga, rerumque mearum conuersione in Deo spem fixam habens credidi, & speraui Deum suam fidem mihi de regno datam seruaturum, dixitque omnem hominem, qui contra sentiret, falli, decipi, mentiri. Qui locus ita explicatus illustris est ad commendandam in Deo fiduciam, cum pericula, calamitatesque acciderint.

COMMENTARIUM SECUNDVM EXEGETICVM.

DE TRIBVS ANGELIS, QUI IOANNI APPARVERUNT, & voce illa audita de caelo. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Visio imaginaria proponitur, & explicatur

SECTIO PRIM A.

I.



RECELLENTEBVS virginum laudibus, & gloriosis, ac illustribus titulis explicatis docet Ioannes vidisse alterum Angelum volantem per medium caeli, habentis Euangelium aeternum, ut euangelizaret sedentibus super terram, magna que voce dixit: *Time Domini, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, in quo Angelo significari multos praedicatores illius temporis, qui Euangelium aeternum, id est, in quo salus aeterna continetur, praedicare debeant, & nuntiareque mortalibus imminentem iudicij diem, est multorum sententia, quae nobis probatur, eamque sequuntur Beda, Rupert, D. Anselm, Tycon. Ansbort, Scalij. Addit Ioannes alium quoque Angelum sequutum esse dicentem: *Ceciderit, cecidit Babilon illa magna, quae a vino ore fornicationis suae potauit omnes gentes: quae de se fusa disputadimus ad caput 17. & 18.* Deinde tertium adhuc Angelum visum fuisse, qui dicebat voce magna: *Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit charactrem in fronte sua, aut in manu sua, & hic bibet de vino irae Dei, quod misit in calice ira ipsius: per quem etiam Angelum similiter alij praedicatores accipiendi sunt, qui diuinis comminationibus homines a sequendo Antichristo auocabit. Possimus quoque hos Angelos ad visionem imaginariam referre, ut scilicet visus sibi sit Ioan. eiusmodi Angelos intueri, & audire ita loquentes, ut ipse quae videbat, & audiebat, literis mandaret: non quod Angeli & cionatores futuros tempore Antichristi representarent. Docet praeterea audiuisse se vocem de caelo, dicentem sibi: *Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur: amodo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.* Quae sententia est iam à nobis deinceps explicanda.**

Explicatur

Beda.
Rupert.
D. Anselm.
Tycon.
Ansbort.
Scalij.